



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 54. Tractatus S. Ambrosii de Mysteriis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Sæculum IV. fortitudine corpus suum domans, & hys.
 A C. 387. mali tempore nudis pedibus incedens,
 in illa Italiae parte, quæ hominibus, ex
 Africa venientibus, frigida est.

§. LIV.

Tractatus S. Ambrosii de Mysteriis.

IX. Aug. Tandem S. Augustinus cum amico suo
Conf. c. 6. Alypio, & filio suo Adeodato, annum
Ambr. ep. 26 circiter decimum quintum agente, a S.
n. 15. Ambrosio baptizatus est. Id factum in
 Vigilia Paschæ, quæ festivitas hoc an-

no 387. in septimum diem Calendas Maji,
 id est, vigesimam quintam Aprilis inci-
 debat; nam ita S. Ambrosius, quem E-
 piscopi Provinciæ Æmiliae consuluerant,
 definiverat. Hac occasione S. Ambro-
 sius creditur Neo-baptizatis præcepta
 inscripsisse, nempe librum de Mysteriis,
 aut de iis, qui ad illa initiati sunt. Jam
 antea tempore quadragesimæ institu-
 tiones morales scripserat, quas quotidie in
 vitam Patriarcharum, & librum Prover-
 biorum componebat. Inde dispicimus,
 tunc Mediolani librum Genesin, & Pro-

Amb. de
Myst. verbia Salomonis fuisse prælecta, quod
 hodieque apud Græcos in officio noctur-
 no fieri assolet. Ex his in Genesin ser-

Triod. monibus diversa S. Ambrosii opera or-
Græc. tum sumpsero; nempe Exameron, & li-
 bri sequentes, præsertim libri Abraham,
 Isaac, Jacob, & Joseph, qui verosimiliter
vid. admo-
nit. in lib. de
Joseph. hoc

VIII.
chye.
dens,
is, ex
ruis.
co suo
annum
, a S.
am in
c an-
Maji,
inci-
m E-
rant,
bro-
cepta
erii,
Jam
utio-
die in
over-
imus,
Pro-
quod
occur-
n ser-
ra or-
& li-
ham,
illiter
hoc

SIRIC.P. VALENT.II.THEOD. & MAX. IMP. 821

hoc anno 387. scripti putantur; quam-Sæculum IV.
vis non sit dubitandi locus, eum singulis A. C. 387.

Episcopatus sui annis, ubi cædem lectio-
nes recurrebant, de eadem materia dis-
seruisse.

In Libro Mysteriorum S. Ambrosius
Neo-baptizatis explicat naturam, & cæ-
remonias trium Sacramentorum, quæ
jam recepissent, nempe Baptismum, Con-
firmationem, & Evcharistiam. Quod
explicare prius non licuerat, *Quia, in de Myſt. c. I.*
quit: *hoc fuisset Mysteriorum arcana*
prodere, non docere; igitur præcipuas
baptismi cæremonias indicat; primo au-
res Catechumeni aperiri dicendo: *E-
pheta.* Tum in Sancta Sanctorum intro-
duci, id est, in Baptisterium; præsentiam
Diaconi, Presbyteri, & Episcopi, renun-
tiari Dæmoni, & operibus ejus, mundo,
& pompæ ejus. Dum mundo renuntia-
bat, Catechumenus ad Occidentem se
vertebat, ut quasi in faciem resisteret;
deinde vertebatur ad Orientem, quasi
JESum Christum aspecturus. S. Ambro-
sius deinde explicat Benedictionem fon-
tis, omnia Mysteria, in aquis perfecta,
memorans, quæ in lectionibus veteris,
& novi Testamenti fuerant audita, nam
hæc per quadragesimam, præsertim Sab-
bato Sancto legebantur, qualia sunt Crea-
tio, Diluvium, transitus maris rubri, nu-
bes, aquæ in Mara, Naaman, & Paraly-
ticus

Fff 3

Sæculum IV. ticus apud piscinam. Egredientes e fonte Baptismi ungebantur in capite, lavabantur eorum pedes, & albis vestibus in-

A. C. 387. duebantur. Tum Sigillum, & pignus Spiritus S. accipiebant, cum expressione septem donorum, id est, Sacramentum

c. 6. Confirmationis. Inde progrediebantur

c. 7. versus Altare, dicentes, quod hodieque nos dicimus, dum ad illud accedimus:

Pf. 41. 4. Introibo ad altare Domini, ad Deum qui lætificat juventutem meam. Altare autem præparatum inveniebant, & prima vice Sancto Sacrificio assistebant.

Hic S. Ambrosius Neo-baptizatis antiquas Evcharistiæ figuras exponit, nempe Sacrificium Melchisedech, (*) manna, aquam ex petra. Et subjungit: *Dicitis forte: aliud video! quomodo mibi affirmas, quod corpus Iesu Christi accipiam? probemus non esse id, quod natura formavit, sed quod Benedictio conse- eravit,*

(*) Mein Uebersezer! hier verlange ich von ihm eine lutherische aber auch mit der Vernunft übereinstimmende Auslegung. Wie hat der heil. Ambrosius das Opfer Melchisedechs, das ist Brod, und Wein als eine Figur des Abendmahls im neuen Testamente anzusehen können, wenn im Abendmahl auch nichts anders enthalten ist, als Brod, und Wein? so wäre ja figura, und figuratum, ein Ding, und in keinem wesentlichen Stücke unterschieden? Das ist die erste Frage.

cravit, & Benedictionem natura fortio- Sæculum IV.
rem esse, cum ipsam naturam immutet (*). A. C. 387.

Deinde affert exemplum Virgæ Moysis in serpentem mutatæ, & plura alia miracula, subjungitque: *Si Benedictionis hominum tanta fuit potentia, ut naturam mutaret, quid dicemus de Consecratione divina, ubi ipsa verba Salvatoris operantur? An Verbum IESU Christi, qui ex nibili creare potuit, quod non erat, id, quod est aliquid, in aliud, quod prius non fuerat, mutare non poterit?* (**). Dicit, populum ad verba consecrationis responderet; Amen! ex quo probatur, illa alta voce fuisse pronuntiata. Tandem novis Fidelibus Mysteriorum non revelanda arcana mandat. (***)

Fff 4

§. LV.

(*) Hier frage ich ihn, ob der heil. Ambrosius die Transubstantiation nicht klar genug lehre?
Das ist die zweyte Frage.

(**) Hier verlange ich, wenn es keine Transubstantiation giebt, und der wahre Leib IESU Christi nicht wesentlich dargestellt wird; daß er solle bestimmen, was denn dasjenige sey, was die unendliche Allmacht Gottes dabey zu thun hat?
Das ist die dritte Frage?

(***) Nun stille! da kommt in einer Anmerkung die Antwort auf meine 3. Fragen, auf der 507. Seite. Er schicket aber gleichsam zum Vortrappe